

*concionandum instructi simus, vel quod  
 diffidentia speciem habeat, sollicitum es-  
 se de iis, quæ pro concione dicturus sis; ut-  
 pote cum Spiritus sanctus omnia etiam im-  
 paratis ac securis in suggesto sit suggestu-  
 rus; eos certum est errore teneri minimè  
 tolerando. Etenim ut posterioribus respon-  
 deam prius; non fuit visum Deo semper eo-  
 dem modo docere populum suum; erat ali-  
 quando illud tempus cum extraordinaria  
 quadam & planè peculiari inspiratione  
 afflauit Prophetas & Apostolos suos. Nunc  
 alia sunt ecclesiæ tempora, quibus scilicet  
 Prophetarum & Apostolorum successoribus  
 ac discipulis longiore aliqua preparatione  
 id discendum est, & explicandum, quod o-  
 lim illi peculiariter electi ac sancti Dei ho-  
 mines singulari inspiratione, planeque  
 immediata reuelatione, atque ἐκ θουσια-  
 σµῶ acceptum literis & monumentis con-  
 signârunt. Nimirum ergo, ut vocatio ad  
 ministerium ordinaria hodie est & media-  
 ta; ita preparationes quoque ordinarias  
 esse oportebat. Idcirco scholas institui vo-  
 luit Deus, in quibus Spiritu suo docentibus  
 ac discantibus præsens est, ut præceptis lin-  
 guarum & artium tanq̃ ordinariis & me-*